

Stephanus Petri, a priest from the diocese of Turku, was once the substitute or chaplain of the deputy parish priest of Tuulos (Tuulois), Olavus Magni. One day Olavus entered his cellar and saw that the beer had been stolen. He informed his chaplain Stephanus and asked him to make inquiries about the theft. Stephanus then remembered seeing Katarina, the wife of Peter, one of Olavus's servants, carrying a vessel of beer from the cellar, and he told Olavus this. When Katarina's husband learned that Stephanus had reprimanded her, he became resentful and decided to provoke discord between Olavus and Stephanus. One Sunday, at the hour of Vespers, Stephanus asked for Olavus and was told by the housemaid that he had gone to bed. Stephanus found it strange that Olavus had gone to bed at this time, without having said Vespers or without supper, but asked the maid to give him a drink, before he himself went to bed. The maid brought him a drink. At the same time Olavus appeared. He slapped the maid on the face and said to Stephanus: "What are you doing? Do you want me to toast you to hell?!" He then tried to attack him with a sword that he grabbed from a young servant, Henrik²⁰⁴. The unarmed Stephanus tried to escape the furious Olavus, who, along with his servant, followed him with drawn sword as if to kill him. Stephanus pleaded for mercy, took hold of the point of the sword with his hand and was seriously wounded. Seeing no other way to escape, Stephanus took out a small knife and struck Olavus in his left side. Olavus died from the blow the next day. Stephanus then tried to escape the furious servant Peter, who was hitting him on the back and head with his sword, and he hit him on the shoulder with the knife. Peter died from the wound. The regent Julianus, bishop of Bertinoro, refers the case to (the auditor) Dominicus de Jacobatiis for inspection, and commissions the diocesan bishop to declare Stephanus innocent and not irregular or disqualified, on condition that it can be established that the facts above are true.

Stephanus Petri presbyter Aboensis diocesis exponit, quod, cum ipse 47:439r
 alias substitutus seu capellanus cuiusdam Olavi Magni etiam presbyteri
 vicecurati parrochialis ecclesie de Tuula dicte diocesis existeret, quadam
 die prelibatus Olavus suum sellarium intrans ibidemque suam servisiam
 5 furatam seu depredatam fore videns prefato Stephano seu capellano
 talia verba aut similia dixit "Nunc meum sellarium intravi et ibi lagenas,
 / quas credebam servisie fore plenas, vacuas inveni. Quapropter tibi 439v
 supplico, ut inquires de fraude et deceptione sic michi facta". Dictusque
 Stephanus audiens huiusmodi verba a magistro suo recordatus quandam
 10 mulierem nomine Katherinam uxorem cuiusdam Petri predicti Olavi
 familiaris in prefato sellario quoddam vas servisie plenum deferentem

360 Anno domini Alexandri pape vi in marg. sup. fol. 439r et 440r; Rome apud Sanctum Petrum in marg. sup. fol. 439v; Rome iii Idus Novembris in marg. sin. fol. 439v; Aboensis diocesis in marg. dext. fol. 439v. | 360,4 sellarium] i. e. cellarium (passim) | servisiam] i. e. cervesiam (passim) | 6 lagenas] lageras cod. | 10 cuiusdam] eiusdem (ut vid.) cod.

204. Or Erik (cf. app. crit.).

seu portantem reperisse. Idem Stephanus orator prefato Olavo dictam
 Catherinam vas plenum sic portantem reperisse nuntiavit. Maritus vero
 dicte mulieris intelligens prefatum Stephanum aliqua verba correctionis
 causa sue uxori dixisse egre ferens inter Olavum et Stephanum prefatos 15
 zizaniam sive discordiam seminare proposuit, prout de facto fecit ipso
 Stephano absente et ignorante. Una autem die dominica facto prandio
 dictus Stephanus cameram exivit et reversus hora vesperorum dixit
 cuidam ancille seu clavigere domus: "Ubi est Olavus?" Que respondit:
 "Dictus intravit lectum suum." Dixitque dictus Stephanus prefate 20
 ancille: "Miror, qualiter isto tempore tam rite intrat lectum, quia non
 adhuc legit vespas nec cenam fecit." Dixit orator ancille: "Da michi
 paululum bibere, et similiter intrabo lectum." Que quidem ancilla
 confestim eidem Stephano potum attulit. Superveniens autem dictus
 Olavus, nescitur quo animo ductus, prefate ancille alapam dedit pre- 25
 fatoque Stephano talia verba dixit: "Quid facis? Tibi propinabo in
 malam horam!" Et ex illa hora arripiens gladium de manu cuiusdam
 iuvenis Henrici etiam eiusdem Olavi familiaris prefatum Stephanum
 invadere voluit. Dictusque Stephanus furorem prefati Olavi cupiens
 evitare a quantum potuit manibus vacuis aufugit. Prefatus autem 30
 Olavus cum suo famulo eundem Stephanum evaginatim gladiis in-
 sequentes animo, ut creditur, interficiendi. Ipso Stephano multis et
 duris percussioibus se vulnerantes conspiciente et nullo modo
 eorundem manus nec mortis periculum alias evadere [non] posse
 humiliter et benigne eisdem supplicatur sub hac vel simili verborum 35
 forma: "Per passionem Domini nostri Iesu Christi parcatis michi!"
 Deinde dictus Olavus gladium ante ventrem dicti oratoris presentavit
 eum interficere volens. Dictusque orator cuspitem gladii altera ipsius
 manu cepit, que ex ictu graviter lesa remansit. Videns autem orator se
 graviter lesam fore extracto quodam parvo cultello dictum Olavum, 40
 cum alias evadere non posset, in latere sinistro percussit. Ex qua per-
 cussione, ut Domino placuit, die sequenti diem clausit extremum.
 Postmodum dictus orator furorem dicti Petri eiusdem Olavi familiaris
 evadere desideravit. Prefatusque Petrus ipsum oratorem dorsotenus
 percutiens et, ne orator fugere posset, prohibens necnon eundem 45
 oratorem suo gladio in capite percutere voluit. Dictus orator ictum
 gladii cum baculo sustulit et huiusmodi ictum evasit dictumque Petrum
 etiam cum eodem cutello vim vi repellendo ab illo sicut a primo
 videlicet Olavo eius patrono et se defendendo in scapulam / percussit et
 vulneravit. Ex quo vulnere, sicut Altissimo placuit, ad statum ab 50

440r

360,15 dixisse...ferens] dixisse eg ere greferens *ante corr.* (litt. eg er del.) *cod.* | 19 seu *ex se corr.* (litt. -u *supra lin. add.*) *cod.* | 25 ancille] ancisse *cod.* | 28 Henrici] Herici *cod.* (*fort. pro Eri*) | 29 furorem] favorem *cod.* | 31 gladiis + aufugit *ante corr.* | 32 interficiendi *ex -o (ut vid.) corr.* | 36 parcatis] parentis *ut vid.* *cod.* | 40 Olavum + q *ante corr.* | 44 desideravit ...46 voluit *correx*i, desiderans ... volens *cod.* | Petrus] Pretrus *cod.* | dorsotenus] dorcetinus *cod.* | 47 ictum *ex dictum (ut vid.) corr.*

humanis decessit. Cum autem idem exponens in morte Olavi et Petri
alias, quam ut premittitur, culpabilis non fuerit sed de ea ab intimis
doluerit, prout dolet de presenti, cupiatque in omnibus suis ordinibus
etiam in altaris <ministerio> ministrare, a nonnullis tamen simplicibus
55 et iurisignaris ac ipsius exponentis forsitan emulis asseritur premissorum
occasione ipsum homicidiorum reatum incurrisse ac irregularitatis
maculam sive inhabilitatis notam contraxisse et propterea in suis
ordinibus ministrare ac obtenta per eum forsitan et sibi in futurum
conferenda beneficia ecclesiastica recipere et retinere non posse. Ad ora
60 igitur talium etc. obstruenda supplicat etc., quatenus ipsum propter
premissa nullum homicidii reatum incurrisse nullamque irregularitatis
maculam sive inhabilitatis notam contraxisse sed premissis non
obstantibus in suis ordinibus – etiam in altaris ministerio – ministrare et
beneficia huiusmodi retinere posse declarari mandare dignemini in
65 forma. Fiat ut infra. Iulianus episcopus Brictonoriensis regens. Videat
eam dominus Dominicus de Iacobatiis. Iulianus. Committatur ordin-
ario, ut vocatis vocandis constituto de assertis et, quod mortem aliter
vitare non valuisset, declaret, ut petitur.

360,51 idem *post corr.* | *verba* Olavi et Petri *post* dignemini in forma (*vide infra*) *scr. sed postea hic (ubi etc scr.) inferenda ind. cod.* | 52 ea] a (+ altiss ante corr.) *cod.* | 60 etc¹] *scil.* et aliorum sibi super hoc in futurum forsitan obloqui volentium emulorum; *cfr e.g. n. 251,29; 279b,36; 332,34.* | etc²] *scil.* (sanctitati vestre) ipse exponens *vel sim;* *cfr e.g. n. 116,18; 123,16; 251,30.* | 65 forma + Olavi et Petri, *quae verba transferenda ind. cod. (vide supra)* | Videat...Iulianus] *in sin. parte pag.* | 66 Committatur...68 petitur] *in dext. parte pag.*